

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Discere u
cum fonte primo

Mutuo ista fiunt et homines dum docent discunt.
Non est quo gloria publicandi ingenii producat in medium
ut recitare istis uelis aut disputare;
quod facere te uellem si haberes isti populo ydoneam mercem;
nemo est qui intelligere te possit.

Cui ergo, inquis, ista didici?
Non est quod timeas ne operam perdideris si tibi didicisti.

Seneca epistola VII.

Mutuo ista fiunt, et homines dum docent discunt.
Non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium,
ut recitare istis uelis aut disputare;
quod facere te uellem, si haberes isti populo idoneam mercem:
nemo est qui intellegere te possit.
Aliquis fortasse, unus aut alter incidet,
et hic ipse formandus tibi erit instituendusque ad intellectum tui.
'Cui ergo ista didici?'
Non est quod timeas ne operam perdideris, si tibi didicisti.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 7.8-9
(L. Reynolds ed., vol.1, p.13, ll.20-27).